



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

Cur homo nudus & indignus mundum hunc ingrediatur. Colloq. LXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

qua hæc querela fit, quam crassa ignorantia, detestabilis ingratitude filiorum Adæ, qui contra benignum istum & liberalem Dominum murmurantes, eum ut avarum, ut parcum, ut tenacem accusant, cum potius insignis illius bonitas honoranda & adoranda nobis sit, quo illius munificentia cognita, eorum improbitate ac corruptum depravatamque ingenium detestemur, qui donis illius gratisque præ omnibus mundi animalibus sibi concessis miserrime abutuntur.

*Iniqua  
hominum  
querela.*

*Cur homo nudus & indignus mundum  
hunc ingrediatur.*

## COLLOQUIUM LXIII.

**N**AE tu verò mihi præclare ad- PHIL.  
modum ostendis, nequaquam naturam aut etiam Deum ipsum accusandum esse, sed potius hominem degenerem, non modò propter insignem ingritudinem qua Conditoris sui beneficia sepe lit & obliuiscitur, sed etiã propter milleuarium donorum sibi collatorum abusum: & quoniam adeò dextrè & peritè omnia te isthæc enu-

S 5 clea-

476 VALEDICTIO

cleare conspicio, rogādus mihi mā-  
 gnoperè es, vt & illud adiūgas, cur-  
 nā homo qui Vniuersitatis Princeps  
 fuit salutaris, adeò abiectè mūdum  
 hunc nascendo ingrediatur: cū præ-  
 sentia illud extra controuersiam sit,  
 Deum si voluisset, longè nobilius  
 principium ei potuisse impertiri; &  
 istud etiam luce meridiana clarius  
 sit plurimas easq; omni sensu desti-  
 tutas creaturas reperiri, quæ homini  
 ortu & origine sua præstare videā-  
 tur; etsi id ipse contestatur quoque,  
 quādo de vêtre matris egrediēs à la-  
 chrymis & eiulatu mundi huius in-  
 troitum auspicatur. TH. Certè si hāc  
 telam inchoatam iam nunc, atq; in-  
 ceptam prætexo, tu mihi suafor au-  
 thorque fuisse videberis, quippè cu-  
 ius luculento ardori & affectui vt  
 satisfaciam, nihil mihi duco anti-  
 quius. PH. Licet sanè, neq; ego id tē-  
 poris futurū spero, cū negare infi-  
 ciariq; illud audebo. TH. Verūm  
 quo pleniorē eorum cognitionem  
 qua tu à me scire desideras cōsequa-  
 mur, sciendum est diuersissimā me-  
 thodum illā esse, qua Deus in homi-  
 nibus

nibus vititur, ab ea videl. quam in animalibus procreandis studiosissime obseruat. Homines namque instar turris Babylonicæ, nescio quid altum & sublime in exordio suo pollicentur, contraque epilogum virus & ignominia plenum actionibus suis affingunt atque imponunt, itaque idem ijs accidit, quod montibus illis, de quibus Rom. fidicenlyre Horat. ait.

*Parturiunt mōtes, nascetur ridiculus mus.* *Horat*

Deo vero humile admodum principium *arte P.*

& excellentem planè nobilissimam conclusionem solet usque parare: adeo ut quanto maiora incrementa rem aliquam accipere consequi que vult, tanto languidius germine caulemque ferè illius producat breuiorem. Nam ex quo tu ingentem huius mundi molem ac machinam fabricatam esse arbitraris, ex quo immensum huius universitatis theatrum, hoc vastum & immanè terrarum spatium reris exitatum? certè ex nihilo. hoc autem quid vilius, quod abiectius, quod minus potest reperiri? è quo iam etiam nobilissimæ illæ creature Angeli dico, facti formatique sunt? annò similiter ex nihilo?

*Plin. l. 8.* annon Leonem quoq; animalium Re-  
*6.19.* gē, informes minimasq; carnes ma-  
 gnitudine mustelarum esse constat,  
 semestrē vix ingredi, nec nisi bime-  
 strem moueri? vespertilionē autem  
 non ouo excludi sicut reliquæ aues  
 solent (si tamē hic in earum numero  
 ponēdus est) sed momēto tēporis ef-  
 fusum viuere quis ignorat? adeo ni-  
 mirū Deo cordi illud est, vt nobilif-  
 simis quibusq; rebus humilia initia  
 prætexat, & non nisi à titiulicio ea  
 aliquo auspicietur. Itaq; etiā populi  
 sui Principes, nō generis splendore  
 illustres, nō ætate prouectos, sed vi-  
 les, sed abiectos, vt Saulem, vt David  
 voluit salutare: non ex grandibus &  
 exaggeratis fundamentis, sed ex a-  
 rena, sed sabulo Resp. duas potētissi-  
 mas Ro. Hebræorūq; excitare. Quin  
 & ipse Dei filius humanū genus li-  
 berali dextera in libertatē assertur⁹,  
 & è grauissimo diaboli ergastulo e-  
 ducturus: humiliatus fuit & annihila-  
 tur⁹, sicut Apost. ait, quo Ecclesiā suā  
 nobilissimā pulcherrimamq; Rép.  
 crucis suæ trabe fulciret, qua quid  
 cōtēptius, quid ipso nih. 10 abiectius

*Plin. l. 10.*  
*6.61.*

ino-

in omni memoria potest reperiri? an non verò postea ex hoc nihilo, ex hoc sinapis gramine regnum cælorum succreuit? Conueniebat ergo secundum hanc methodum & ordinem hominem minimis succrescere principijs, quia animalium nobilissimum est; quia anima illius ex nihilo excitata, & corpus ex limo terræ, qui nihilo proximus est, fuit procreatum? Itaque & vox illa *Aphat*, quemadmodum Diuus Basilii, & Diuus Chryostomus animaduertent, cum peculiari quadam emphasi originis istius humilitatem significat, id est, puluerem, non quemcunque, sed tenuem admodum, sed insigniter delicatum: plane ac si Moyses ad viuum exprimere voluisset, tam originem hominis nihilo vicinum, quam subtilitatem corporis, quod loco capsæ animæ nobilissimæ & de nihilo excitatæ debet seruire. Nunc quoniam copiosè ut opinor satis hæc à nobis disputata sunt, causas ipsas, cur nam potissimum Deus hac ratione uti velit, consideremus. Principiò vide-

*Regnum  
calorum  
simile  
grano  
sinapis.*

*Causa  
cur homo  
imperfe-  
ctus na-  
scatur.*

licet, quia id creaturæ quam maxi-  
 mè conueniens congruensque esse  
 videbatur. Ita cum Deus Creator sit  
 semper immutabilis, nunquam in-  
 crementa sumpsit, non aliquando  
 minor, non imperfectior vnquam  
 fuit; verum creatura quæ cuilibet  
 varietati mutationique subiecta est,  
 gradibus quibusdam ad fastigium  
 suum eniti, & pædetentim ad perfe-  
 ctionis suæ culmen conscendere e-  
 mergereque debebat. Secundo etiam  
 hanc methodum præ reliquis Deo  
 obseruare placuit, quo manifestius  
 potentiam suam non sine peculiari  
 creaturæ bono demonstraret. Habet  
 namque maiorem admirationem  
 illud, à leui principio quippiam ad  
 nobilissimum finem perducere, &  
 reuera excellentius haud paullo ef-  
 fe videtur, ex abiectis gradibus, quam  
 ex exaggeratis magna excitare: no-  
 stra enim natura facilius humilia  
 comprehendit, quippe quæ sibi con-  
 termina affiniaque sunt: & quem-  
 admodum antithesis ista duorum  
 inter se pugnantium & contrario-  
 rum mirabilem quandam rebus lu-  
 cem

tem affert, ipsique adeo artificis ex-  
 istimatione auget, ita ab altera par-  
 te stupenda Intellectui vim confert,  
 qua Creatoris sui potentiam agno-  
 scit, qui abiectionissimis initijs orta &  
 saepe nullo semine praeuio nobilissi-  
 mo pulcherrimoque fine coronat.

Atque haec omnino etiam causa est,  
 cur mundum istum ab omni aeterni-  
 tate existere non voluerit, sed nihi-  
 lo proximum, hoc illius initiu, hoc  
 exordiū esse; quo videlicet (clarius  
 .n. dicere id mihi posse videor) ho-  
 mines & Angeli molem huius vni-  
 uersitatis intuētes, & supremā crea-  
 toris potentiā cōsiderantes, admira-  
 bilē omnipotētis artificis peritiā  
 cognoscerēt: ita .n. pulcritudini ab-  
 solutissimae nescio quid tūc accede-  
 re nobis videtur, quādo cū turpitu-  
 dine ac deformitate comparatur, &  
 gigas aliquis seipso maior efficitur  
 cū nano componitur & assimilatur.

Secunda causa cur Deus hominē mi-  
 nimo principio ordiri vitā volue-  
 rit, haec fuit, vt potentiā gloriamque  
 suam demonstraret, & virtutē suā vi-  
 resq; infinitas ad nostrā instructio-  
 nem

*Cur mi-  
 dus non  
 sit ab a-  
 terno.*

*Secunda  
 causa.*



*Tertia  
causa.*

nem vtilitatemque declararet. Tertia verò quæ à sancto Chrysoftomo adiungitur humilitas fuit, quam potentissimus ille sapientissimusque mundi Monarcha Deus præ cæteris virtutibus diligit, & in anima hominis plantatam esse cupit atque depactam. Ergo cum homo puluerem sibi suum atque adeo ipsum illud nihilum ex quo fuit procreatus, ob oculos statuit, fieri non potest, quin humeros contrahat, oculos deiiciat, & quantum licet semet humiliet; & si fortè aut propter corporis excellentem decorem, aut propter animæ præstantiam, qua solus ipse præ omnibus huius vniuersi ciuibus & inquilinis fuit exornatus cristas animumque tolleret, hæc consideratio paupertatis originalis continuo adesset, & luxuriantem ac ferocientem intra terminos modestiæ cogeret compelleretque. Agathoclem ferunt, qui ex figlina ad regiam transijt, eius modestiæ fuisse, vt in mensa vasis testaceis cum aureis argenteisque promiscuè vsus sit, ne videlicet sortis suæ veteris obliuiscere-

*Plut. de  
dict. Re-  
gum.*

sceretur, & nouæ dignitatis ac regni  
 fulgore præstringeretur. Et quis a-  
 mabo figulus ille est, si Deus non est? *Sap. 7.*  
 ob hanc enim reuera causam pater *Ier. 18.*  
 noster Adam protoplastus appella-  
 tur, & Deus olim Prophetæ suo præ-  
 cepit vt figlinam ingrederetur, &  
 illic vilitatis suæ cognitionem con-  
 sequeretur. In hac schola argillaceæ  
 domus nostræ Abraham didicit, sic *Gen. 18.*  
 ut omnes reliqui Sancti, parui se fa- *27.*  
 cere, humilem esse, puluerem se no-  
 minare & estimare: ad eandem hanc *Ier. 22.*  
 Prophetæ Ieremias insolentem re- *29.*  
 gem Iechoniam remisit, dicens: Hic  
 homo Iechonias nonne vasculum  
 ruptum est? & paulò post. O terra,  
 terra, terra, exaudi vocem Dei: ecce  
 quemadmodum id tribus vicibus  
 repetit, vt attentos auditores inue-  
 niat, vt oculos ijs aperiat, aures pa-  
 tefaciat, & intellectum ad vilitatis  
 suæ contemplationem inflàmmet:  
 tres ergo iste compellationes, om-  
 nibus hominibus communes sunt,  
 vt non vni Regi Iudæ. Quin & E-  
 saias eodem fine humili ac sancta  
 confessione Creatorem implorans,  
 vocem

*Esa. 64.*  
8.

vocem miserabilē vsurpat, & Deum  
figulum, nos autē terram appellat:  
*Et nunc Domine Pater noster es tu:  
nos vero lutum, & fictor noster tu: &  
opera manuum tuarum omnes nos.*  
Quo quidem loco illud etiam stu-  
diosè annotandum est, & si bestia si-  
militer ex argilla facta fuerint, &  
plus terreni habeant quam homo,  
quippe quorum non modo corpus,  
sed anima etiam lutea est, & è qua-  
tuor elementorum mixtura confla-  
ta, de homine tamen solo id dici,  
quo videlicet intelligamus, quan-  
tum nobis cura esse debeat, illius ut  
memoriam assiduè circumferamus,  
& humilitatem quam studiosissimè  
consectemur. Ex eodem ergo fonte  
nomen etiam protoplasti nostri A-  
dam profluxisse existimandum est,  
quippe quod terram natam inter-  
pretamur, & quo non ille tantum,  
sed vniuersi etiam ipsius posteri, ut  
legitimi hæredes, à Salomone, Trif-  
megisto, & omnibus quam Græcis,  
quò Latinis Poetis condecoratur.  
Accedit nunc quarta causa, cur Deus  
hominem pauperem & infirmum  
nasci

*In As-  
tep.*

*Quarta  
causa.*

nasci voluerit, quia videlicet patris  
 ac matris eas partes esse volebat, qui  
 storgi illa insita sibi & innata facile  
 enim à miserijs tutarentur, & quam  
 studiosissimè educarent. Cōtrarium  
 ferè bestijs accidit, quibus non nisi  
 sola interdum mater, patre inimico  
 assistit & patrocinator: quemadmo-  
 dū de Pavone & Columbo scimus,  
 qui oua femellarum confringunt, &  
 quorum pulli, matre mœrore con-  
 sumpta derelinquuntur omniq; ope  
 destituuntur, quanto ergo melius cū  
 hominibus agitur, quorū curā pater  
 ac mater suscipiunt, & in eorū defe-  
 ctu & absentia, cognati ac Magistra-  
 tus tutores agunt? Habes nunc ergo  
 quatuor illas rationes, quas in me-  
 diū depromere fructuosè posse vi-  
 debar, etsi nihil impedit, cur non  
 quintam etiam annectamus, pecca-  
 tum p̄ita, propter quod nudi, mise-  
 rabilesque Filij iræ è ventre egre-  
 diētes, ipso gemitu & eiulatu quam  
 maturrimè miserias quibus inuol-  
 uimur testamur, quod absque pec-  
 cato Adami protoplasti fuisset, nun-  
 quam factitari opus erat.

*Cur ho-  
 mo im-  
 perfectis-  
 sim⁹ nas-  
 catur.*

*Homi-*